 tos saltatores inducere, deinde alia hujus
 urbis bona complura eis ostendere, tan-
 dem etiam cum ei cotylistes deesset, (no-
 stis & rem & nomen) hunc quoque ex
 ista urbe evocasse: tantus in eo residebat
 honestissimæ hujus vitæ vestræ amor & cu-
 piditas. At Galli cotylisten ignorabant;
 (tum namque eum regia aula primum acce-
 perat) saltatores verò, cum artem suam
 ostendissent, reliquerunt, quod furens
 & fanatica illa species videretur. Et mihi
 similiter visum est theatrum perridiculum.
 Sed illic plures a paucis irridebantur; ego
 hic cum paucis rideor ab omni populo.
 Neque tamen fero moleste: iniquus enim
 essem, si cum illa probarim, hæc non leni-
 ter feram. Galli quidem certe adeo me
 propter morum similitudinem amabant,
 ut non tantum pro me arma sumerent,
 verum etiam pecunias darent; & recusanti
 sæpe vim intulerunt, & in omnibus ob-
 sequentes fuerunt. Inde, quod caput est,
 ad vos nomen nostrum magna cum gloria
 & laude ferebatur: & clamabant me om-
 nes fortem, prudentem, justum, qui non
 tantum bello sed pace uti scirem; facilem
 denique & mansuetum me appellabant.
 Vos autem nunc his contraria retulistis:
 primum a me mundum subversum esse;
 at ego nihil a me, neque sponte neque vi,
 subversum esse scio: deinde ex barba mea
 funes neæti oportere: postremo me Chi
 bellum indixisse, & Cappa desideratis. U-
 tinam Dii custodes hujus urbis id vobis
 duplex largiantur, quoniam civitates fini-
 timas,

timas, quæ & Diis mecum serviunt, & sanctæ sunt, calumnia vexastis, quasi quæ in me composita sunt, ab illis profecta essent, quem (scio) magis amant, quam suos liberos: qui Deorum templa quamprimum restituerunt, sepulcra vero athenorum omnia signo a me nuper dato everterunt, ita elati & erecti animis, ut scelera eorum qui Deos violarunt, acrius etiam, quam mea ferebat voluntas, vindicarint. Quod vero ad vos attinet, plerique vestrum erectas olim aras everterunt, quos mea lenitas vix adhuc potuit ad sanitatem & quietem adducere. Postquam vero Daphnes mortuum remisimus, quidam e vobis paulo verecundiores erga Deos, iis, qui demortui reliquis irati fuerant, templum Daphnæ Dei attribuerunt: alii vero sive imprudentia, sive non, templum inflammaverunt, horrendumque exteris spectaculum, populo autem vestro perjudicandum, Senatui usque in hunc diem neglectum, præbuerunt. Ac mihi quidem videtur Deus multo ante conflagrationem templo excessisse. Etenim primo statim introitu statua ipsa id mihi indicavit: atque hujus rei testem appello magnum Solem. Adversus eos vero qui nolint credere, alia mihi deinceps offensio commemoranda est: deinde me, quod adhuc feci, conviciis onerabo, deque ea me ipsum criminabor & vituperabo. Decimo fere mense, ut vos numeratis, (is, opinor, Lous a vobis nominatur) patrum festum est hujus Dei, & magno studio ad Daphnen concurritur. Ego igitur ab Jove Cassio illuc advolavi, existimans me ibi maxime vestras opes & magnificentiam spectaturum: atque jam tacitus apud me magnificam aliquam pom-

A ἀσυγγείτονας ἐσυκοφανήσατε πόλεις
 ἱεράς ἢ ὁμοδόχους ἔμοι, ὡς δὴ παρ' ἐμοὶ
 αὐτῶν εἴη τὰ εἰς ἐμὲ ζυντεθέντα· ὃν
 εὖ οἶδ' ὅτι φιλοῦσιν ἐκείναι μᾶλλον, ἢ
 τῆς ἑαυτῶν ἡέας. οἱ τὰ μὲν τῶν θεῶν
 ἀνέστησαν αὐτίκα τεμένη· τῆς τὰ φεῖας
 δὲ τῶν ἀθέων ἀνέτρεψαν πάντας ὑπὸ
 τῆ συνθήματι, ὃ δὴ δέδοται παρ' ἐ-
 μὲ πρῶτον, ἕτως ἐπαρθένης τ' ἔνδον, ἢ
 μελέωροι γενόμενοι τὴν διάνοιαν, ὡς ἢ
 πλέον ἐπεξελθεῖν τοῖς εἰς τῆς θεῆς
 πηλομελῶσιν, ἢ βελομένω μοι ἦν.
 Τα δ' ἡμέτερα· πολλοὶ μὲν ἐγειρομέ-
 νης ἄρτι τῆς βωμῆς ἀνέτρεψαν, ἕς ἢ
 πρῶτης ἡμῶν ἐδίδαξε μόλις ἡσυ-
 χάζειν. Ἐπεὶ ὃ ἀπεπεμφάμεθα τ' νε-
 κρὸν τῆς Δάφνης, οἱ μὲν ἀφοσιόμενοι
 τὰ πρὸς τῆς θεῆς ἐξ ὑμῶν, ἀντέδω-
 καν τοῖς ὑπὲρ τῶν λειψάνων ἡγανα-
 κηκόσι τῆ νεκρῆ, τὸ τέμενος τῆ Δα-
 φναίης θεῆ· οἶδε εἴτε λαθόντες, εἴτε
 μὴ, τὸ πῦρ ἔδειξαν ἐκείνο· τοῖς μὲν ἐ-
 πιδημῶσι τ' ξένων φρικῶδες, ὑμῶν δὲ,
 πρῶτῳ μὲν ἡδονὴν παρασχόν, ὑπὸ ὃ
 τ' βελῆς ἀμεληθὲν εἰσέτι ἢ ἀμελῆ-
 μενον. Ἐμοὶ μὲν ἔν ἐδόκη, ἢ πρὸ τῆ
 πρὸς ἀπολελοιπέναι τ' νεῶν ὁ θεός·
 ἐπεσήμηε γὰρ εἰσελθόντι μοι πρῶ-
 τον τὸ ἄγαλμα· καὶ τῆς μάρτυρα
 καλῶ τ' μέγαν Ἥλιον πρὸς τῆς α-
 πιστῆρας δὲ ὑμᾶς, ὑπομνήσαι βέλο-
 μαὶ ἢ ἄλλης ἀπεχθείας τ' ἐμῆς. Ἐπει-
 τα ὅπερ εἶωθα ποιεῖν· ἐπιεικῶς ὄνει-
 δίσαι ἑμαυτῷ ἢ ὑπὲρ ταύτης, ἢ κα-
 τηγορήσαι καὶ μέμψασθαι. Δεκάτω
 γὰρ πρὸ μηνὶ τῶν παρ' ὑμῶν ἀριθμη-
 μένω· Λῶον, οἶμαι, τῆτον ὑμεῖς προσ-
 αγορεύετε· τῆ θεῆ τῆς πατρίδος
 ἐστὶν ἐορτή, καὶ ἔσθ' σπερδῆ πρὸς τὴν Δά-
 φνην ἀπαντᾶν. ἐγὼ μὲν ἔν ἀπὸ τῆ
 Κασίης Διὸς ἐπὶ τῆς ἑδραμον, οἰόμε-
 νῳ ἐνταῦθα μάλιστα τῆ πλάτῃ καὶ τῆ
 φιλοτιμίας ὑμῶν ἀπολαύσειν. εἶτα
 ἀνέπλαττον παρ' ἑμαυτῷ πομπήν,
 ΖΖ ὡσπερ

Babylae. corpus

Daph. m. 346.

ὡς περ ὀνειράτα ὄρων, ἱερεῖα, καὶ σπον-
 δὰς, καὶ χορὰς τῷ Θεῷ, καὶ θυμιάμα-
 τα, καὶ τὰς ἐφέβους ἐκεῖ περὶ τὸ τέμε-
 νον, θεοπρεπέστα μὲν τὰς ψυχὰς
 γρ. λιτῆ. καλεσκειουασμένους, "λευκῇ δ' ἐδῆτι
 καὶ μεγαλοπρεπεῖ κοσμημένους. Ὡς
 δὲ εἶσω παρήλθον τὰ τεμένους, ἔτε θυ-
 μιμάματα καλέλασον, ἔτε πόπανον,
 ἔτε ἱερεῖον. αὐτίκα μὲν ἔν ἐθαύμασα,
 καὶ ἄμην ἔξω τῶν τεμένους εἶναι, περι-
 μένειν δ' ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ τιμῶντας ὡς
 ἀρχιερέα· τὸ σύνθημα παρ' ἐμῶ. Ἐ-
 πεί δὲ ἠρόμην, τί μέλλει θύειν ἢ πό-
 λιν ἐνιαύσιον ἐορτὴν ἀγασσάτω Θεῷ;
 ὁ ἱερεὺς εἶπεν· ἐγὼ μὲν ἠκω Φέρων οἴ-
 νοθεν τῷ Θεῷ χῆνα ἱερεῖον· ἢ πόλις ὅ-
 ταν ὑν ἐδὲν " ἠυτρέπισεν. Ἐνλαῦθα, ὁ
 Φιλαπεχθήμων ἐγὼ, πρὸς τὴν βελήν
 ἀνεπικεῖς πᾶνυ διελέχθην λόγους, ὡν
 ἴσως ἐκ ἄτοπον καὶ νῦν μνημονεῦσαι. Δει-
 νόν, ἔφην ἐγὼ, τὴν τοσαύτην πόλιν ἔτω
 τῷ Θεῷ ὀλιγώρως ἔχῃν, ὡς ἐδεμία
 παροικῶσα ταῖς ἐσχαλίαις τῶ Πόντι
 κάμη, μυρίαις κλήρας γῆς ἰδίας κεκλή-
 μένην, τῷ πατρίῳ Θεῷ νῦν πρῶτον ἐπι-
 σάσης ἐορτῆς ἐνιαυσίαις, ἐπειδὴ διεσκέ-
 δασαν οἱ Θεοὶ τῷ ἀθεότητος τὴν νεφέ-
 λην, ὄρνυ ὑπὲρ αὐτῆς ἐπροσάγειν, ἣν
 ἐχερῆν μάλιστα μὲν καὶ ἡ Φυλάς βε-
 θυλεῖν. Εἰ ὅ μὴ ῥάδιον, ἕνα κοινῇ πᾶσαν
 ὑπὲρ αὐτῆς προσφέρειν τῷ Θεῷ ταῦ-
 ρον. ὑμῶν δ' ἕκαστος, ἰδία μὲν εἰς τὰ
 δεῖπνα καὶ τὰς ἐορταῖς χαίρει δαπανώ-
 μενος· καὶ εἴ οἶδα πολλὰς ὑμῶν πλεί-
 σα εἰς τὰ δεῖπνα τῶ Μαίμα χρέμα-
 τα ἀπολέσαντες ὑπὲρ δ' ὑμῶν αὐτῶν
 καὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως ἐδεῖς θύειν,
 ἔτε ἰδία τῶν πολιτῶν, ἔτε ἢ πόλις κοι-
 νῇ. μόνος δ' ὁ ἱερεὺς, ὃν οἶμαι, δικαιο-
 τερον ἢν ἀπὸ τῶ πλῆθους τῶν προσφε-
 ρομένων τῷ Θεῷ παρ' ὑμῶν, οἴκαδε ἀπ-
 ιένα μερίδας ἔχοντα. Τοῖς μὲν γὰρ ἱε-
 ρεῦσιν οἱ Θεοὶ καλοκάγαθία τιμῶν
 αὐτὰς, καὶ ἀρετῆς ἐπιηδεύειν προσέ-

Voss.
 ἠυτρέπι-
 5αι.

A pam fingebam, & quasi somnians, victi-
 mas, libationes, choreas in Deum, thu-
 ra, pueros in templo tum animis dignif-
 sime Deo compositos, tum veste candi-
 da elegantique illustres, intuebar. In-
 gressus autem in templum, neque thura,
 neque placentam, neque victimam ullam
 reperi. Itaque continuo miratus sum,
 vosque extra templum esse suspicabar,
 B sed honoris causa signum a me, tanquam
 Pontifice, expectare. Percontatus au-
 tem de sacerdote, quid esset civitas in so-
 lennibus illis feriis Deo sacrificatura? E-
 go, inquit ille, domo auferem istum Deo
 affero: civitas enim nihil hoc tempore
 apparavit. Hic ego (o me pacis & gra-
 tia inimicum!) cum Senatu gravibus ver-
 bis exoptulavi, quæ non sit fortasse in-
 commodum hoc tempore referre: Gra-
 ve profecto, inquam ego, videtur, tan-
 tam civitatem sic Deos contemnere, ut
 C ne in extremis quidem Ponti finibus vicus
 ullus faceret: & cum agrum infinitum
 possideat, instantibus patrii Dei solenni-
 bus feriis, dissipata a Diis impietatis ne-
 bula, avem pro se minime attulisse, cum
 deceret eam imprimis boves tributim im-
 molare. Quod si uni difficile erat, at
 certe universa civitas debuit & potuit Deo
 taurum offerre. Unusquisque vestrum
 privatim in convivia & festa libens sum-
 tus facit: sed & plerosque scio in convi-
 via Maiumæ pecuniam effundere; pro vo-
 bis autem ipsis & communi salute, neque
 privatim neque publice sacrificatis: solus
 sacerdos, qui, ut legitimum est, ex mul-
 titudine vestrarum victimarum debuit au-
 ctus parte aliqua domum redire, sacrifi-
 cavit. At Dii sacerdotibus tantum hone-
 stam ac virtuti consentaneam vitam pro
 omni cultu imperarunt, itemque ut sa-
 cra

cra munera, ut decet, obirent; vestrum autem erat, opinor, publice privatimque sacrificare. Nunc vero unusquisque vestrum permittit uxori, ut omnia Galilæis largiatur; quæ ubi pauperes facultibus vestris aluerunt, egregium impietatis miraculum egentibus (quorum plena sunt omnia) ostentant. Vos autem primum, cum Dei cultum honoremque contemnitis, nihil offendere arbitramini. Nemo autem affert res ad sacra necessarias: quod, credo, non fit ei unde alatur.

Cum quispiam vestrum dat natalitia, magnificum apparat convivium, & amicos lautissimis mensis excipit, & tamen in feriis Deorum solennibus nemo oleum in Dei lampada, nemo libamentum, non thus, non victimam attulit. Ego vero quemadmodum hæc a bonis viris istic accipiuntur, nescio: illud credo, Diis ea minime placere. Talia me tum dixisse commemorari, meamque orationem Deus testimonio suo confirmavit: quod utinam nunquam fecisset, neque suburbium tam multis annis servatum deseruisset; ac potius in illa tempestate ac procella mentes potentiorum avertisset, manusque cohibuisset. At ego vobis stulte succensusui: tacere enim potius debui, sicut multi, opinor, eorum qui mecum ingressi sunt, neque curiose inquirere, aut objurgare. Sed ego præcipiti temeritate & ridicula adulatione (non enim est existimandum, me amicitia adductum orationem eam apud vos habuisse, sed inani potius gloriæ cupiditate, quo religionis vestrique cupidus viderer, quæ, opinor, perridicula est adulatio) multa in vos temere effudi. Jure igitur reprehensionum illa-

ταξάν, καὶ λειτουργεῖν σφίσι τὰ εἰκότα. πρέπει δ' οἶμαι, τῇ πόλει θύειν ἰδία καὶ δημοσία· νυνὶ δὲ ὑμῶν ἕκαστος ἐπιτρέψῃ μὲν τῇ γυναικὶ πάντα ἐκφέρειν ἔνδοθεν εἰς τὰς Γαλιλαίους, ἢ τρέφουσαι ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ἐκείναι τὰς πένητας, πολὺ τ' ἀθεότητος ἐργάζονται θαῦμα πρὸς τὰς τῶν τοιούτων δεομένων· ἐσι δ' οἶμαι, τοιοῦτον τὸ πλεῖστον τ' ἀνθρώπων γένος· ὑμεῖς δ' αὐτοὶ πρῶτον μὲν τ' εἰς τὰς θεὰς τιμῶν ἀμελῶς ἔχοντες, πρῶτλειν ἔδεν ἀτοπον ὑπολαμβάνετε. Πρόσφσι δ' ἔδειξ τῶν δεομένων τοῖς ἱεροῖς. ἔ γάρ ἐστιν, οἶμαι, πόθεν διαλαφῆ. ἢ γενεθλια μέν τις ἐσιῶν, ἱκανῶς παρασκευάζῃ δεῖπνον καὶ ἄρισον, ἐπὶ πολυτελεῖ τράπεζαν τὰς φίλους παραλαμβάνων· ἐνιαυσίῃ δ' ἐορτῆς ἕσης, ἔδειξ ἐνόμισεν ἔλαμον εἰς λύχνον τῷ Θεῷ, ἔδὲ σπονδὴν, ἔδ' ἱερεῖον, ἔδὲ λιβανωτόν. Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα ὅπως ἀν τις ταῦτα ἀνὴρ ἀγαθὸς ὁρῶν παρ' ὑμῶν, ἀποδέξασθαι· νομίζω δ' ἔγωγε μηδὲ τοῖς θεοῖς ἀρέσκειν. Τοιαῦτα εἰπὼν τότε μέμνημαι· ἢ ὁ μὲν θεὸς ἐμαρτύρησέ με τοῖς λόγοις, ὡς μήποτε ἄφελεν ἐκλιπῶν τὸ προάσειον, ὃ πολὺν ἐτήρησε χρόνον, ἐν ἐκείνῃ τῇ ζάλῃ τρέψας ἀλλὰ καὶ τῶν κραζόντων τὴν διάνοιαν, καὶ τῷ χεῖρε βιασάμεν. Ὑμῶν δ' ἀπηχθόμην ἐγὼ, ποιῶν ἀνοήτως. ἐχρῆν γὰρ σιωπᾶν· ὡς περ', οἶμαι, πολλοὶ μὲν ἄλλοι τῶν δεομένων ἐμοὶ, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, μήδ' ἐπιτιμᾶν. ἀλλ' ὑπὸ προπέλειας ἐγὼ, καὶ τ' καλαγελάστου κολακείας· ἔ γάρ δὴ νομισέον ὑπ' εὐνοίας ἐμοὶ τότε εἰρησθαι τὰς πρὸς ὑμᾶς λόγους· ἀλλ', οἶμαι, δόξαν θηρεύων εὐλαβείας τε εἰς τὰς θεὰς, καὶ εἰς ὑμᾶς εὐνοίας ἀδόλως· τῶν δ' ἐστίν, οἶμαι, παγγέλοιος κολακεία· πολλὰ ὑμῶν μάτην κατέχευα. Δίκαμα τοίνυν

ἐργάζεσθε με τῶν ἐπιτιμήσεων ἐκεί-
 νων ἀμυνόμενοι, καὶ ἐναλλάττοντες
 τὰ χεῖρα. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπὸ τῷ θεῷ,
 πρὸς τῷ βωμῷ καὶ τοῖς τῶν ἀγάλμα-
 τῶν ἵχνεσιν, ἐν ὀλίγοις ὑμῶν κατέδρα-
 μου ὑμεῖς δ' ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐν τῷ
 δήμῳ, διὰ τῶν ἱκανῶν τὰ τοιαῦ-
 τα "χαριεντίζεσθε πολίων. Ἐδὲ γὰρ
 ἴσε, πάντες οἱ λέγοντες κοινῶνται
 πρὸς τὰς ἀκρόασις τὰς λόγους· καὶ ὁ
 ζῆν ἡδονῇ τῶν βλασφημιῶν ἀκροα-
 σάμενος, μελέχων τῆς ἴσης ἡδονῆς ἀ-
 πραγματότερον τῶν λέγοντων, κοινῶ-
 νός ἐστι τῆς αἰτίας. Εἴρηται ἐν ὑμῖν δὲ
 ὅλης καὶ ἡκρόαται τῆς πόλεως, ὁπό-
 σα εἰς τὸτονὶ πέπαυται τὸ Φαῦλον
 πῶγονα, καὶ τὸ ἐδὲν "ἐπιδείξαντα ὑ-
 μῖν καλόν, ἐδὲ ἐπιδείξαντα τρόπον. Ἐ-
 γὰρ ἐπιδείξει βίον ὑμῖν, ὁποῖον ὑμεῖς
 αἰεὶ μὲν ζῆτε, ποθεῖτε δὲ ὄραν καὶ ἐν
 τοῖς ἀρχαῖσι. Ὑπὲρ μὲν δὲ τῶν
 βλασφημιῶν, ἃς ἰδία τε καὶ δημο-
 σία κατεχέατέ με, παίζοντες ἐν τοῖς
 ἀναπαύσει, ἐμαυτῶν προσκαληγορή-
 σας, ὑμῖν ἐπιτρέπω χρῆσθαι μετὰ
 μείζονα ἀλλοῦ παρρησίας. ὡς ἐδὲν
 ὑμᾶς ἐγὼ διὰ τῶν πᾶσι δεινὸν ἐρ-
 γάσομαι σφάττων, ἢ τύπτων, ἢ δέων,
 ἢ ἀποκλείων, ἢ κολάζων. Πῶς γάρ;
 "ὡς ἐπέειπερ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐπι-
 δείξας μετὰ τῶν φίλων σωφρονῶντα,
 Φαυλότατον ἰδεῖν ὑμῖν καὶ ἀηδέσατον,
 ἐδὲν δ' ἐπιδείξας καλὸν θεῖαμα, με-
 ταστῆναι τὴν πόλιν ἐγνωκα καὶ ὑπο-
 χωρήσαι, πεπεισμένῳ μὲν ἐδά-
 μαῶς, ὅτι πάντως ἐκείνοις ἀρέσω,
 πρὸς ἃς πορεύομαι· κρινῶν δ' ἀρε-
 τώτερον, εἰ διαμάρτομι τῶν δόξαι γεν
 ἐκείνοις καλὸς καὶ ἀγαθός, ἐν μέρει
 μεταδῶναι πᾶσι τῆς ἀηδίας τῆς ἐμ-
 αυτῶν, καὶ μὴ τὴν εὐδαίμονα ταύ-
 την ἀποκινῶσαι πόλιν, ὡς περ ὑπὸ
 δυσωδίας τῆς ἐμῆς μετριότητι, καὶ
 τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων τῆς σωφρο-
 σύνης. Ἡμῶν γὰρ ἐδεῖς ἀγρόν, ἐ-

γρ. χαρι-
 εντίζεσθε

28. ἐπι-
 δείξαντα
 καλόν

12 γρ. ὅς.

A rum injurias nunc persequimini, locis
 etiam commutatis. Ego enim coram
 ipso Deo, ad aram & simulacri pedes,
 inter paucos vos reprehendi; vos in fo-
 ro, inspectante populo, per idoneos
 cives, tales ludos facitis. Nam, mi-
 hi credite, qui dicunt, sermones cum
 audientibus communicant; qui vero
 libenter audit contumelias, cum mi-
 nore periculo pari voluptate fruatur,
 B atque is qui dicit, in eadem causa est.
 Sunt igitur vobis per universam urbem
 dicta & audita, quaecunque in mise-
 ram hanc barbam lusa sunt, & in eum
 qui nullos unquam vobis bonos mores
 ostendit, neque ostendet. Non e-
 nim eam vitam vobis monstrabit, quam
 semper vivitis, & in principibus requi-
 ritis. Quod vero attinet ad contumeli-
 as, quas in me privatim & publice a-
 napastis ludentes jecistis, ego me prae-
 terea accuso, vobisque liberam ejus rei fa-
 cultatem permitto: nam nunquam vo-
 bis eo nomine periculum creabo jugu-
 lando, verberando, constringendo, cu-
 stodiendo, puniendo. Quomodo enim?
 Nam posteaquam me apud vos, una
 cum amicis, moderatum atque tempe-
 rantem, id est, importunissimum & in-
 gratissimum ostendi, nullumque vobis
 pulchrum spectaculum exhibui, migra-
 D re ex hac urbe statui ac discedere: non
 quod existimem jucundior me ad alios
 venturum esse; sed quod melius fo-
 re arbitrer, si hac spe dejicior, pul-
 chritudinem bonitatemque meam illis
 probandi, saltem omnibus meae in-
 suavitatis aliquid impertire, neque hanc
 beatam civitatem prorsus tanquam fo-
 tore modestiae meae, meorumque fami-
 liarium temperantia, conficere. No-
 strum enim nemo agrum, nemo hor-
 tum

tum apud vos coëmit, neque domum ædificavit, neque uxorem a vobis duxit; aut dedit, neque ea quæ apud vos pulchra sunt amavimus; neque Assyrias opes experivimus, neque præfecturas *distribuimus*, neque passisimus *aliquos e primoribus apud vos nobiscum imperium partiri*, neque populo splendidorum conviviorum theatrorumve auctores fuimus: imo tantam ei immunitatem & ubertatem rerum omnium dedimus, ut liber ab inopiæ metu, anapæstis luserit in eos, qui tantum bonorum ei largiri sunt. Non aurum imperavimus, non argentum exegimus, neque tributa amplificavimus; sed præter residuum nondum persolutum, quintam de consuetis vectigalibus partem remisimus. Nec vero satis esse putavi, me temperantem esse; procuratorem habeo præterea abstinentissimum, per Deos, ac moderatissimum, ut equidem mihi persuadeo; quem tamen vos acerbe accusastis, quod senex, & fronte sensim calvescens, tamen pro insita mentis duritie non erubescat, cum comam gestet in occipitio, sicuti Homerus facit Abantas. Neque illo deteriores duos tresve domi apud me habeo, imo quatuor: ac si quintum etiam vultis, is est avunculus meus, eodem mecum nomine, qui vobis præfuit æquissime, quamdiu ei Dii dederunt una nobiscum esse, remque publicam administrare; tametsi non magna prudentia civitatis res procuraverit. Ac nobis quidem præclara hæc videbantur, *conjuncta imperantium cum temperantia lenitas*: atque his rationibus pulchros nos satis visum iri vobis sperabamus. Verum posteaquam barbæ prolixitas, comæ neglectio, odium spectaculorum, studium gravitatis in templis conservandæ, *ac præ his omnibus cura æquitatis in judiciis vestris tuendæ*, summum avaritiæ foro pellendæ desiderium, vos in me tantopere commovet, ce-

A δὲ κῆπον ἐπέριετο παρ' ὑμῶν, ἔδδ' οἰκίαν ὠκοδόμησεν, ἔδδ' ἔγνημε παρ' ὑμῶν, ἔδδ' ἐξέδωκεν εἰς ὑμᾶς, ἔδδ' ἠράσθημεν τῶν παρ' ὑμῶν καλῶν· ἔδδ' ἐζηλώσαμεν Ἀσσύριον πλῆστον, ἔδδ' ἐνεμάμεθα τὰς προσασίας, ἔδδ' παραδυναστεύειν ἡμῶν ἠεσχόμεθα τινὰς τῶν ἐν τέλει, ἔδδ' ἐπέισαμεν τὸν δῆμον εἰς παρασκευὰς δείπνων ἢ θεάτρων, ὃν ἔταως ἐποίησαμεν τρυφᾶν, ὡςτε ἄγων σχολὴν ἀπὸ ἐνδείας τῶν ἀναπαύσεων εἰς τὰς ἀγίους αὐτῶν τῆς εὐθηνίας ξυνέθηκεν. Οὐδ' ἐπεγράψαμεν χρυσίον, ἔδδ' ἠτήσαμεν ἀργύριον, ἔδδ' ἠξήσαμεν φόρους· ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἐλλείμμασιν ἀνεῖται πᾶσι τὸ εἰθισμένον εἰσφορῶν τὸ πέμπλον. Οὐκ οἶμαι δ' ἐξαρκεῖν τὸ σωφρονεῖν ἐμὲ, μέτριον ἔχων μὰ Δία καὶ θεὸς, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, τὸν εἰσαγγελέα, καλῶς ὑφ' ὑμῶν ἐπιτιμηθέντα, διότι γέρον ὦν καὶ Φαλακρὸς ἠρέμα τὰ πρόσω, διὰ δυσ-
C τροπίαν ἐκ ἀσχύνηται, νομῶν τὰ ^{δυστ. αἰ-} ἐξόπιθεν, ὡς περ' Ὀμηρῶν ἐποίησε ^{σχύνηται} τὰς Ἀβαντας. Οὐδὲν ἐκείνους Φαυλο- ^{κομῶν} τέρους ἔχω ἄνδρας οἴκοι παρ' ἐμαυ- ^{ἐξοπ.} τῶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ καὶ τέτταρας ^{Ἡδ. B.} εἰ βέλεσθε ἢ νυνὶ καὶ πέμπλον, ὃ δέ ^{V. 542.} μοι θεῖ [⊙] καὶ ὀμῶνυμ [⊙], ὃς δικαιοτάτα μὲν ὑμῶν πρῆστη, μέχρις ἐπέτρεπον οἱ θεοὶ! ξυνεῖναι ἡμῶν αὐτὸν καὶ συμπράττειν, ἔ προμηθέσ' αἶα ἢ πάσας ἐπέξηλθε τῆς οἰκονομίας τὴν πόλεως. Ἡμῶν μὲν ἐν ἐδόκη ταῦτα
D καλὰ, πρῶτης ἀρχόντων μετὰ σωφροσύνης· οἰόμεθα τε ὑμῶν ἰκανῶς διὰ τῶν καλοῦ φανείσθαι τῶν ἐπιτηδευμάτων. Ἐπεὶ δὲ ὑμᾶς ἠτε βαθύτης ἀπαρέσκη τῶ γενεῖς, καὶ τὸ ἀτημέλητον τῶν τριχῶν, καὶ τὸ μὴ παραβάλλειν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ ἀξίον ἐν τοῖς ἱεροῖς εἶναι σεμνὸς, καὶ πρὸ τῶν πάντων ἢ περὶ τὰς κρίσεις ὑμῶν ἀσχολία, καὶ τὸ τῆς ἀγορᾶς εἰργεῖν τὴν πλεονεξίαν, ἐκόντες ὑμῶν
ΖΖ iii ἐξισά-

Julianus

Babrii fabula 73.

ἐξισάμεθα τῆς πόλεως. Οὐ γὰρ, οἵ-
 μαί, ράδιον ἐν γῆρα μεταθεμένῳ δια-
 Φυγεῖν τὸ λεγόμενον ὑπὲρ τῶν ἰκτῶν
 μῦθον. λέγεται γὰρ τοι καὶ τὸ ἰκτῖνα,
 Φωνὴν ἔχοντα παραπλησίαν τοῖς ἄλ-
 λοις ὄρεσι, ἐπιθέσθαι τῷ χρεμλί-
 ζειν, ὡς περ οἱ γενναῖοι τὸ ἵππων, εἶτα
 τῶ μὲν ἐπιλαθόμενον, τὸ δὲ μὴ δυνη-
 θέντα ἐλεῖν ἱκανῶς, ἀμφοῖν σέρεσθαι,
 καὶ φαυλότερον τῶν ἄλλων ὀρνίθων
 εἶναι τὴν Φωνήν. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἐυλα-
 βῆμαι παθεῖν, ἀγροικίας τε ἅμα καὶ
 δεξιότητος ἀμαρτεῖν. ἤδη γὰρ, ὡς καὶ
 ὑμεῖς αὐτοὶ συνοραῖτε. πλησίον ἐσμέν,
 ἐφελόντων θεῶν,

Anacreon Εὐτέ μοι λευκὰ μαλαίνας ἀνα-
 μεμίζοντα τρίχες,

13 ὁ Τηῖος ἔφη ποιητής. Εἶεν, ἀλλὰ τῆς
 ἀχαριστίας, πρὸς θεῶν καὶ Διὸς ἀ-
 γοραῖς καὶ πολιέχῃς, ὑπόσχετε λό-
 γον· ἠδίκησθε τι παρ' ἐμῶ κοινῇ πώ-
 πτε καὶ ἰδία, καὶ δίκην ὑπὲρ τῶν
 λαθεῖν δὲ δυνάμενοι φανερώς, διὰ τῶν
 ἀναπαύτων ἡμᾶς, ὡς περ οἱ κωμω-
 δοὶ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Διόνυ-
 σον ἔλιχσι καὶ περιφέρουσιν· ἔτω δὲ
 καὶ ὑμεῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐπιβίβου-
 τε λοιδορεῖτες; Ἡ τῶ μὲν ποιεῖν τι
 χαλεπὸν εἰς ὑμᾶς ἀπεσχόμεν,
 τῶ λέγειν δὲ ὑμῶν κακῶς ἐν ἀπεσχό-
 μῃ, ἵνα μὲ καὶ ὑμεῖς [ἐξεβιάσθη-
 τε] διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες ἀμύνησθε;
 Τίς ἐν ὑμῶν ἐστὶν αἰτία τῶ πρὸς ἡμᾶς
 προσκρούσματος καὶ τῆ ἀπεχθείας;
 ἐγὼ γὰρ εὐοῖδα, δεινὸν εἶδέν αὐτῶν
 εἶδέν εἰδὲ ἀνήκεστον ἐργασάμεν, ἔτε
 ἰδία τῶ ἀνδρας, ἔτε κοινῇ τὴν πό-
 λιν, εἰπὼν εἶδέν Φλαῦρον· ἀλλὰ
 καὶ ἐπαμύνας, ὡς ἔδοξέ μοι προσ-
 χεῖν, καὶ μελαδὸς χρηστῶ τινος,
 ὅσον εἰκὸς ἦν τὸν ἐπιθυμῶντα μετὰ
 δυνατῶ πολλὰς εὐ ποιεῖν ἀνθρώπων.
 Ἀδύνατον δ' εὐ ἴσε καὶ τοῖς εἰσφέρουσι

deest in
Mss. Voss.

Voss.
ὡς ἐνεδέ-
χετό μοι ἡκειν,
καὶ μετ.

A dam urbe perlibenter. Neque enim ef-
 fet facile, si in senectute mores commuta-
 rem, fabulam de milvo tritam effugere.
 Ajunt enim milvum, cum vocem similem
 haberet cæteris avibus, hinnitum instar e-
 quorum nobilium appetiisse: postea cum
 illam amisisset, neque hunc satis conse-
 qui posset, utroque excidisse, atque om-
 nium avium postremam in canendo ex-
 titisse. Quod ne mihi accidat, valde
 vereor, nempe ut ab rusticitate & urba-
 nitate simul aberrem. Jam enim, sicut
 ipsi videtis, ad id tempus pervenimus,
 Diis volentibus,

Quo mihi cani capilli sociabuntur cum
 nigris,

ut ait Teius Poëta. Verumenimvero;
 per Deos immortales, per Jovem fori
 præsidem, atque hujus urbis custodem,
 quænam tam ingrati, tamque offensi in
 nos animi causa est? an injuria aliqua pu-
 blice aut privatim a me unquam affecti
 estis, quam cum aperte ulcisci non pos-
 sitis, anapestis in nos, sicut Comici Dio-
 nysium & Herculem ferunt aguntque,
 sic, inquam, vos in foro conviciis assidue
 in nos debacchamini? An vero me con-
 tinui quidem, ne quid mali vobis facerem:
 a maledicto vero non continui, ut & vos
 iisdem me modis ulciscamini? Quænam
 est igitur causa vestræ in nos offensionis
 atque invidiæ? Ego enim certo scio, nihil
 a me in vos commissum esse durius aut
 gravius, neque privatim in singulos, ne-
 que publice in universos, ullo genere ma-
 ledicti: imo & laude affecti, quantum vi-
 sum est convenire, & boni aliquid contu-
 li, quantum erat æquum ei, qui pro viri-
 bus cupit de multis bene mereri. Fieri
 autem non potest, mihi credite, ut & iis
 qui

qui vectigalia pendunt, omnia condonentur; & qui accipere consueverunt, dentur omnia. Cum igitur videar publicas largitiones, quas regius sumtus facere consuevit, nihil imminuisse, tributa autem vobis non pauca remisisse; nonne res admirabilis atque ænigmati similis videatur? Sed quæ fuerint nostra in omnes cives merita, nihil attinet hoc tempore referre, ut ne videar tanquam de industria meas laudes ore proprio commemorare, cum præsertim contumelias & probra in me conjicere statuerim. At quæ temere & imprudenter erga vos gessi, quamquam odio vestro, ut arbitror, digna non erant, tamen non alienum fuerit proferre; quod probra mea sint, tantoque superioribus, squalorem vultus dico, & Veneris odium, majora, quanto veriora sunt, animumque attingunt. Ac primum vos laudabam, quoad poteram cupide & vehementer, cum neque periculum vestri fecissem, neque quemadmodum inter nos convenire posset, cogitassem; sola hac fretus opinione, quod & vos genere Græci essetis, ego vero etsi Thrax origine, attamen vita & factis Græcus essem. Itaque suspicabar fore, ut inter nos amaremus. Ergo hoc unum temeritatis meæ vitium esto. Deinde, cum legatos ad me omnium postremi misissetis, etiam Alexandrinorum, qui sunt ad Ægyptum; tamen multum vobis auri & argenti, multa vectigalia peculiari beneficio præter alias civitates remisit: præterea senatorum numerum ad ducentos auxi, neque ulli rei peperci: id enim unum spectabam, ut majorem potentiolemque civitatem vestram redderem. Itaque dedi vobis ex iis qui thesauros meos procurave-

Α συγχωρεῖν ἅπαντα, ἢ δίδοναι πάντα τοῖς εἰωθόσι λαμβάνειν. ὅταν ἔν Φανῶ μηδὲν ἐλαττώσας τῶ δημοσίων συντάξεων, ὅσα εἴωθεν ἡ βασιλικὴ νέμειν δαπάνη· ὑμῖν δ' ἀνεῖς τῶν εἰσφορῶν ἐν ὀλίγα, ἃρ' ὅσα ἀνίγματοι τὸ πρᾶγμα ἔοικεν; Ἄλλ' ὅποσα μὲν κοινῇ πρὸς πάντας πεποιήται τὰς ἀρχομένους ὑπ' ἐμῶ, πρέποι ἂν σιωπᾶν, ἵνα μὴ δοκοῖν, ὡσπερ ἐξεπίτηδες, ἀυλοπρόσωπῶ ἐπάμνης ἄδειν ἐμαυτῶ, καὶ ταῦτα ἐπαγγειλάμεν πολλὰς ἢ ἀσελγεσάτας ὕβρεις καλαχέαι. Ταῖς ἰδίαι μοι πρὸς ὑμᾶς πεποιημένα προπετῶς μὲν καὶ ἀνοήτως, ἡκιστα μὲν ὑφ' ὑμῶν ἄξια ἀχαρισεῖσθαι, πρέποι δ' ἀν, οἶμαι, προφέρειν, ὡσπερ τινα ἐμὰ ὀνειδῆ τοσάτω τῶν ἐμωπροθεν χαλεπώτερα, τῶτε αὐχμῶ τῶ περι τὸ πρόσωπον, καὶ τῶ ἀναφροδισίας, ὅσω καὶ ἀληθέστερα ὄντα τῆ ψυχῇ μάλις προσήκη. καὶ δὴ πρῶτερον ἐπήνευ ὑμᾶς, ὡς ἐνεδέχετό μοι φιλοτίμως, ὅσα ἀναμείνας τὴν πείραν, ἔδ' ὅπως ἔξομεν πρὸς ἀλλήλους ἐνθυμηθεῖς, ἀλλὰ νομίσας ὑμᾶς μὲν Ἑλλήνων παῖδας, ἐμαυτὸν δὲ, εἰ ἢ γένῃ μοι ἐσὶ Θρακιον, Ἑλληνα τοῖς ἐπιηδεύμασι· ὑπελάμβανον ἔν ὅτι μάλις ἀλλήλους ἀγαπήσομεν. ἐν μὲν δὴ τῶτ' ἔσω μοι τῆς προπελείας ὀνειδος. Ἐπεῖτα πρεσβευσάμενοις ὑμῖν παρ' ἐμῶ, ἢ ἀφικόμενοις ὑστέροις ἢ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀλεξανδρέων τῶ ἐπ' Αἰγύπτῳ, πολὺ μὲν ἀνῆκα χρυσίον, πολὺ δ' ἀργύριον, φόρος δὲ παμπληθεῖς ἰδία παρὰ τὰς ἄλλας πόλεις, ἐπεῖτα τῶ βυλευτηρίῳ τῶ κατὰλογον διακοσίοις βυλευταῖς ἀνεπλήρωσα, Φεσσάμεν ἔθενός· ἐσκόπην γὰρ, ὅπως ἡ πόλις ὑμῶν ἔσαι μείζων καὶ δυνατωτέρα. δέδωκα ἔν ὑμῖν ἢ ἀπὸ τῶ ἐπιτροπευσάντων τὰς θησαυρὸς τὰς ἐμῶς,

Voss.
πρῶτον

ἑμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐργασαμένων τὸ νόμισμα. τὰς πλεσιωτάτας ἐλομένους ἔχειν ὑμεῖς δ' ἐκείνων μὲν ἔτ' ἀδυναμένους εἴλεσθε, λαβόμενοι δὲ τ' ἀφορμῆς, εἰργάσασθε παραπλήσια, πόλις μὲν ἑδαμῶς εὐνομημένη, πρέποντα δ' ὑμῶν ἄλλως τῷ τρόπῳ. Βλέσατε ἑνὸς ὑμᾶς ὑπομνήστω; Βελευτήν ὀνομάσαντες, πρὶν προσγραφῆναι τῷ καταλόγῳ, μετεώρησθε τ' ὀκνησῆς, ἢ ὑπεβάλλετε λειτουργία τὸν ἄνθρωπον. ἄλλον ἀπ' ἀγορᾶς εἰλκύσατε πένητα. καὶ ἐκ τῶν ἀπανταχῆ μὲν ἀπολελειμμένων, παρ' ὑμῶν δὲ διὰ περιττὴν φρόνησιν ἀμειβομένων πρὸς χρυσίον συρφετῶν ἀπορῶντα, μετρίως ἑστίας εἴλεσθε κοινωνόν. πολλὰ τοιαῦτα περὶ τὰς ὀνομασίας κακουργῶντων ὑμῶν, ἐπειδὴ μὴ πρὸς ἀπαντας συνεχωρήσαμεν, ὧν τε εὐεργασάμεθα τὴν χάριν ἀπεσερήθημεν, καὶ ὧν ἀπεσχόμεθα σὺν δίκῃ, παρ' ὑμῶν δυσχεραυνόμεθα. Καὶ ταῦτα μὲν ἦν τῶν μικρῶν πάνυ, καὶ ἔγωγε δυνάμενα τὴν πόλιν ἐκπολεμῶσαι. Τόδε δὲ μέγιστον, ἐξ ἧς τὸ μέγα ἤρθη μίσος ἀφικομένης μὲς πρὸς ὑμᾶς, ὃ δῆμος ἐν τῷ θεάτρῳ πνιγόμενος ὑπὸ τῶν πλεσιῶν, ἀφῆκε Φωνὴν πρῶτον ταύτην. Πάντα γέμει, πάντα πολλῶς. τ' ἐπίσης διελέχθη ἐγὼ τοῖς δυνατοῖς ὑμῶν, ἐπιχειρῶν πείθειν, ὅτι κρείττον ἐστὶν ὑπεριδόντας ἀδίκῃ κτήσεως, εὖ ποιῆσαι πολίτας καὶ ξένους. οἱ δὲ ἐπαγγειλάμενοι τὰ πράγματα ἐπιμελήσεσθαι. μηνῶν ἑξῆς τριῶν ὑπεριδόντες μὲς καὶ περιμείναντες, ἕτως ὀλιγώρως ἔσχον τὰ πράγματα, ὡς εἰδὲς ἂν ἤλπισεν. Ἐπεὶ δ' ἐώρων ἀληθῆ τὴν τῶν δήμων Φωνὴν, καὶ τὴν ἀγορᾶν ἔχ' ὑπ' ἐνδείας, ἀλλ' ὑπ' ἀπλησίας τῶν κεκλήμενων σενοχωρημένην, ἔταξα μέτριον ἐνάσθαι

γ. ἄλλω.

Voss.
ὑπελάβετε

γ. ἑστίας

rant, & qui nummum fecerant; locupletissimos, ut eis uteremini. At vos non eos, qui poterant, accepistis; sed occasione capta ea fecistis, quæ neque a male instituta civitate, neque a vestris moribus aliena erant. Vultis unum ex iis vobis in memoriam revocem? Cum Senatorem quendam nominavissetis, antequam numero adscriberetur, causa adhuc dubia, eum ad obeundum munus adegistis; alium e foro pertraxistis pauperem, & ex eorum face, qui ubique quidem præteriri solent, a vobis vero pro singulari prudentia auro contra permutari, & tenuis fortunæ hominem vobis socium adjunxistis. Atque ejusmodi alia multa in nominando cum peccaretis, neque omnia vobis concederemus, tum superiorum benefactorum gratiam perdidimus, tum ob ea, a quibus jure abstinuimus, irati nobis estis. Verum hæc & parva erant, & ad civitatem in nos concitandam non satis virium habere videbantur. Hoc autem maximum fuit, & magnæ invidiæ argumentum: Cum ego ad vos venissem, populus in theatro a divitibus oppressus, vocem primum istam emisit: Omnia plena sunt, omnia magno constant. Postero die cum vestris divitibus collocutus sum, & magnopere eis persuadere conatus, ut spreto iniquo quaestu, civibus atque exteris consulere vellent. Illi rem se curaturos polliciti, cum ego supersedissem eo labore, tertiumque mensem expectassem, adeo negligentes fuerunt, ut nullus id sperare potuisset. At ego cum viderem populi vocem veram esse, neque forum inopia, sed locupletum avaritia premi, moderatius rei cuique pretium constitui, atque id omni-
bus

bus notum feci. Cumque cæterarum re-
rum magna esset copia, (erat enim vinum,
oleum, cæteraque omnia) frumenti au-
tem inopia; propterea quod superior anni
tempestas paulo aridior, magnam agro-
rum sterilitatem effecerat; mittendum in
Chalcidem, Hierapolin, cæterasque fini-
timas urbes putavi. Inde vobis mensura-
rum quadringenta millia intuli: quo con-
sumto numero, primum quinque millia,
deinde septem millia, postremo nunc de-
cem millia modium, ut vos jam nomina-
re consuevistis, quod omne triticum ex
Ægypto allatum ad me fuerat, domo mea
eductum civitati donavi, neque pro decem
mensuris sed pro quindecim tantum argenti,
quantū antea pro decem accipi solebat, exe-
gi. Quod si tot mensuræ nomismate apud
vos jam tum in æstate constabant, quid spe-
randum erat fore tum, cum (ut ait Bœotius
Poëta) fames sæva est in ædibus? Nonne
quinque mensuras vix & perlibenter acce-
pissetis, tanta præsertim hyeme, quanta
deinceps consecuta est? Cur igitur vestri
divites frumentum, quod in agris habe-
bant, clam *pluris* vendebant, Rempublicam
autem suis sumtibus vexabant? Neque ve-
ro civitas tantum, sed etiam plebs ex a-
gris undique confluit ad panem, cuius u-
nius magna est & copia & vilitas, coe-
mendum. Quanquam quis unquam
vestrum, abundantiam etiam copiosaque
civitate, meminit quindecim tritici men-
suras aureo vœnire? Hanc ob causam e-
go vobis eram invisus, quod non sum
passus vinum, olera, & fructus au-
tumnales auro vendi, neque frumen-
tum a divitibus in horrea conclusum;

A *τίμημα, καὶ δῆλον ἐποίησα πᾶσιν.*
ἐπεὶ δ' ἦν τὰ μὲν ἄλλα πολλὰ παρ'
αὐτοῖς πάνυ· καὶ γὰρ ἦν οἶνον[Ⓞ] καὶ
ἔλαιον, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα· σίτη
δ' ἐνδεῶς εἶχον, ἀφορίας δεινῆς ὑπὸ
τῶν ἔμπροσθεν ἀύχμων γενομένης,
ἔδοξέ μοι πέμπειν εἰς Χαλκίδα, καὶ
Ἱεράπολιν, καὶ πόλεις τὰς πέριξ.

"Εἴθεν εἰσήγαγον ὑμῖν μέτρων τετρα-
ράκοντα μυριάδας. ὡς δ' ἀνάλωτο
καὶ τῆτο, πρότερον μὲν πεντάκις

B *χιλίαις, ἐπτάκις χιλίαις δ' ὕστερον,*
εἶτα νῦν μυρίας, ὅς ἐπιχώριον ἐστὶ

λοιπὸν ὀνομάζειν μοδίαις, " πάντα εἰ-
κοθεν ἔχων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου κομισθέν-

τα μοι σῖτον, ἔδωκα τῇ πόλει, πρᾶ-
τόμενος ἀργύριον δ' κατὰ δέκα "

μέ-
τρα, ἀλλὰ πεντεκαίδεκα τοσῶτον,

ὅσον ἐπὶ τῶν δέκα πρότερον. εἰ δὲ
τοσαῦτα μέτρα δέρας ἦν παρ' ὑμῖν

τῶ νομίσματι[Ⓞ], τί προσδοκᾶν ἔ-
δὴ τῆνικαῦτα, ἠήνικα·

C *Φησὶν ὁ Βοιωτὸς Ἡρόδοτος*
τῷ[Ⓞ] ποιητῆς· χαλεπὸν γίγνεσθαι

τὸν λιμὸν ἐπὶ " δώματι; ἄρ' ἔ πέν-
τε μόγισ καὶ ἀγαπητῶς, ἄλλωτε

καὶ τηλικῶτα χειμῶν[Ⓞ] ἐπιγενομέ-
νη; τί ἐν ὑμῶν οἱ πλεῖστοι; τὸν μὲν

ἐπὶ τῶν ἀγρῶν σῖτον λάθρα " ἀπέ-
δοντο πλεῖον[Ⓞ], " ἐβάρυναν δὲ τὸ

κοινὸν τοῖς ἰδίοις ἀναλώμασι; καὶ
ἔχῃ πόλις μόνον ἐπὶ τῆτο συρρεῖ,

D *οἱ πλεῖστοι δὲ καὶ ἐν τῶν ἀγρῶν συν-*
τρέχουσιν, ὃ μόνον ἐστὶν εὐρεῖν πολὺ

καὶ εὐωνον, ἄετος ἀνέμενοι. Καίτοι
τίς μέμνηται παρ' ὑμῖν εὐθηνεμένης

τῆς πόλεως πεντεκαίδεκα μέτρα σῖτα
πρᾶθέντα τῶ χρυσῶ; Ταύτης ἐνεκεν

ὑμῖν ἀπηχθόμην ἐγὼ τῆς πράξεως, ὅ-
τι τῆ οἶνον ὑμῖν ἐκπέτρεψα, καὶ τὰ

λάχανα, καὶ τὰς ὀπώρας ἀποδίδοσθαι
χρυσῶ, καὶ τὸν ὑπὸ τῶν πλεσίων ἀ-

ποκεκλεισμένον ἐν ταῖς ἀποθήκαις
σῖτον,

σῖτον, ἄργυρον αὐτοῖς καὶ χρυσὸν ἑξαίφνης παρ' ὑμῶν γενέσθαι. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ αὐτὸν ἔξω τῆ πόλεως διέθεντο "καλῶς, ἐργασάμενοι τοῖς ἀνθρώποις λιμὸν ἀλοιητῆρα" βροτείων, ὡς ὁ Θεὸς ἔφη, τὰς ταῦτα ἐπιτηδεύοντας ἐξελέγγων. ἡ πόλις δ' ἐν ἀφθονίᾳ γέγονεν ἄρτων ἕνεκα μόνον, ἄλλ' οὐδ' ἕδενός." τὰς συνίην μὲν ἐν ἡ τότε ταῦτα ποιῶν, ὅτι μὴ πᾶσιν ἀρέσκοιμι, πλὴν ἔμελεν ἕδεν ἑμοί. τῶ γὰρ ἀδικημένῳ πλήθ' βοηθεῖν ὤμην χρῆναι, καὶ τοῖς ἀφικνημένοις ξένοις, ἐμῶ τε ἕνεκα, καὶ τῶν συνόντων ἡμῶν ἀρχόντων. Ἐπεὶ δ' οἶμαι, συμβαίη τὰς μὲν ἀπιέναι, τὴν πόλιν δ' εἶναι τὰ πρὸς ἐμὲ γνώμης μιᾶς· οἱ μὲν γὰρ μισῶσιν, οἱ δ' ὑπ' ἐμῶ τραφέντες "ἀχαριστοῖσι· ἀδρασεῖα πάντα ἐπιτρέψας, εἰς ἄλλο ἔθνη οἰχίσσομαι, καὶ δῆμον ἕτερον, ἕδεν ὑμᾶς ὑπομνήσας, ὧν ἐνιαυτοῖς ἔμπροσθεν ἐννέα, δίκαια δρῶντες, εἰς ἀλλήλους εἰργάσασθε, φέρων μὲν ὁ δῆμος ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶ δυνατῶν σὺν βοῇ τὴν φλόγα, καὶ ἀποκλινύς τ' ἀρχοντα, δίκην δ' αὐθις ἀπολίνων ὑπὲρ τῶτων, ὧν ὀργιζόμενοι δικάως ἐπραξεν, ἐκέτι μετρίως. ὑπὲρ τίνος ἔν πρὸς θεῶν ἀχαριστέμεθα; ὅτι τρέφομεν ὑμᾶς οἰκοθεν, ὁ μὲχρι σήμερον ὑπῆρξεν ἕδεμῶ πόλις, καὶ τρέφομεν ἔτω" λαμπρῶς; ὅτι τὸν κατὰλογον ὑμῶν ἠυξήσαμεν; ὅτι κλέπτοντας ἐλόντες, ἐκέπεξήλομεν; Ἐνός τ' δύο βέλεσθε ὑμᾶς ὑπομνήσω; μή τις ὑπολάβοι σχῆμα καὶ ῥητορείαν εἶναι καὶ προσποιήσῃ τὸ πρᾶγμα; Γῆς κλήρης, οἶμαι, τρισχιλίους ἔφατε ἀπόρους εἶναι, καὶ ἠτήσασθε λαβεῖν· λαβόντες δ' ἐνείμασθε πάντες οἱ μὴ δεόμενοι. τῶτο ἔξετασθὲν ἀνεφάνη σαφῶς. ἀφελόμενος δ' αὐτὰς ἐγὼ τῶν ἐχόντων ἕδικαίως, καὶ πολυπραγμονήσας ἕδεν ὑπὲρ τῶ ἔμπροσθεν, ὧν ἔσχον ἀτε-

A repente illis in argentum & aurum converti. Illi enim pulchre id extra urbem vendiderunt, & hominibus attulere famem vexatricem mortalium, ut Deus cecinit, hujus generis homines arguens: at civitas pane quidem abundabat, praeterea nihil habebat. Atque id equidem jam tum, cum illas res agerem, prospiciebam, nonnullis me parum gratum fore; verum nihil ea res mihi curae erat, quod in animo haberem plebi oppressae, & exteris qui mecum venerant, tum mea causa, tum magistratuum qui mecum erant, opem ferre. Verum quando ita tulit casus, ut & illi abierint, & civitas in me tota consenserit (alii siquidem odio, alii a me nutriti, ingrato animo me prosequuntur) fatis omnia committens, ad aliam gentem & populum me confero; nihil vobis commemorans eorum, quae ante annos decem juste in vos ipsi perpetrastis, cum populus in locupletum domos cum clamore flammam inferret, magistratum necaret, vicissimque ob haec ipsa, quae iratus juste sed immoderate gesserat, poenas susciperet. Quam tandem igitur ob causam tantopere nobis infensi estis? An quia vos domo nostra alimus, quod civitati adhuc contigit nemini, & alimus tam liberaliter ac magnifice? An quod numerum vestrum auximus? An quod fures quos deprehenderamus, minime ulti fuimus? Vultis unum aut alterum commemorem, ne quis forte rhetoricum colorem fictionemque esse arbitretur? Agri jugerum tria millia infructuosa esse dixistis, vobisque concedi postulastis: cum vero id obtinistis, divites soli caeteris fraudatis ea usurpastis. Hoc a me inquisitum, plane compertum est. Ego autem illos agros injustis possessoribus ereptos, nihilque de superiore immunitate inquirens, eorum quos

γε. κα-
κῶς.
Voss.
βροτείων

deest τῶ-
το in Mss.
Voss.

γρ. ἀχρη-
στῶσιν.

Voss.
καλῶς

ἀπόρους πλοκῆρ 44

quos vectigales maxime esse oportebat, A gravissimis civitatis rebus administrandis attribui. Et nunc qui apud vos quotannis equos alunt, habent immunita tria prope millia jugerum, partim patrum & cognominis mei prudentia ac diligentia, partim meo beneficio; qui furibus atque impostoribus sic castigatis, jure vobis mundum videor evertere. Nam lenitas in istos & clementia, mihi credite, hominum improbitatem alit & corroborat.

Quamobrem ad id ipsum quod volebam, jam redit oratio mea. Omnium etenim malorum ipse mihi auctor sum, cum in animos ingratos beneficia mea contulerim. Meae igitur stultitiae, non vestrae libertati, hoc attribuendum est. Quapropter ego deinceps apud vos prudentior cautiorque esse nitar: vobis vero pro honore & benevolentia, quam mihi publice tribuistis, Dii parem gratiam retribuunt.

λεῖς, ἧς μάλιστα ἐχρῆν ὑποτελεῖς εἶ-
 ναι, τῆς βαρῦτάτης ἐνεῖμα λειτουργ-
 γίας αὐτῆς τὸ πῶλεως. Καὶ νῦν ἀτε-
 λεῖς ἔχουσιν οἱ καθ' ἕκαστον ὑμῶν ἐν-
 αὐτὸν ἵπποτροφῶντες, γῆς κλήρου
 ἐγγύς τρισχιλίους, ἐπινοία μὲν καὶ οἰ-
 κονομία τῶ θεῶν τῶ μὲ καὶ ὁμωνύμῃ,
 χάριτι δ' ἐμῇ, ὅς δὴ τῶς πανέργου
 καὶ κλέπτου ἔτω κολάζων, εἰκότως
 ὑμῶν φαίνομαι τὸ κόσμον ἀνατρέπειν.
 εἶδ' γὰρ ἴσῃ, ὅτι ἡ πρὸς τῶς τοιαύτου
 πρᾶότης αὐτῆς καὶ τρέφῃ τὴν ἐν τοῖς
 ἀνθρώποις κακίαν. Ὁ λόγος ἐν 14
 μοι καὶ ἐνταῦθα περιίσαται πάλιν
 εἰς ὅπερ βέλομαι. Πάντων γὰρ τὸ
 κακῶν ἐμαυτῶ γίνομαι αἴτιος, εἰς ἀ-
 χάρισα καταθέμενος ἦθη τὰς χάρι-
 τας. ἀνοίας ἐν ἐστὶ τῆς ἐμῆς τῶς, καὶ
 ἐτῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας. Ἐγὼ μέν-
 τοι τὰ πρὸς ὑμᾶς εἶναι περᾶσομαι
 τῶ λοιπῶ συνετώτερος· ὑμῶν δὲ οἱ θεοὶ
 τὸ εἰς ἡμᾶς εὐνοίας καὶ τιμῆς, ἣν ἐτι-
 μήσατε δημοσίᾳ, τὰς ἀμοιβὰς ἀ-
 ποδοῖεν.

